Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

humiliare: id est cognosce. Quod si saciatus fuit ea et non sedebit animo eius, dimittat eam liberam. Non enim licet ei aut reuocare eam in seruitutem, aut uendere alii. Maleficium quoque suspensum in patibulo eadem die iussit deponi, et cadauer eadem die sepeliri. quia maledictus omnis erat pendens in ligno. id est sufficit ad penam quod turpem et maledictam mortem suscepit. ne ultra ius, uel ulterius pena tenderetur. Abhominabile quoque ~~dixit~~ apud dominum dixit, si aut mulier ueste uirili, aut uir ueste feminea utetur.

Infra .iiii. regum capitulo .xxi. factum est quod fames fuit soluta. Iste pro suo peccato. illi pro alieno. uel gabaonite non suberant isti legi.

Aliter.

c. xxvii. Addidit **De his quibus fas non erat ingredi ecclesiam.** quoque de differentia ingredientium ecclesiam dei, sic. Non intrabit eunuchus attritis uel amputatis testiculis et absciso ueretro ecclesiam dei. nec manzer usque ad decimam generationem. amonites et moabites et post decimam generationem ecclesiam dei non intrabunt in eternum. quia hii ipsi propinqui hebreis exeuntibus de egipto occurrerent eis cum pane tantum, cum scirent eos laborare siti in deserto, et conduxerunt aduersus eos balaam filium beor. Potest ingressus in ecclesiam dici ingressus in cetum mundorum, a quo arcebantur quidam in eternum, quidam ad tempus, scilicet uel usque ad aliquem terminum dierum suorum, de quibus alibi, uel usque ad terminum successionum, de quibus hic agitur. Hebreus uero tradit duces ingredi in ecclesiam dei esse de filiabus israel ducere uxorem, et sic in se et in genere suo fieret de populo dei. Tamen secundum hoc frustra uidetur esse promissum de eunucho, cum non possit ducere uxorem. Sed neque si ille uellet uxorem de israel ob pecuniam uel hereditatem, uel ob quamlibet causam, ei non liceret. Forte quia solum manzerem nominauit, non excludebatur ab ecclesia spurius uel nothus. Manzer autem proprie est de scorto natus. Spurius de concubina, per spurcicia immunditie et incontinentie. Nothus qui de adultera. Videtur enim cum non sit, uerius esse de matrimonio filius. sicut et nothas febres dicimus, que uere quartane aut huiusmodi uidentur, non sunt autem. Manzer ergo non copulabatur filiabus israel, nec filius eius qui de legitima, nec nepos usque ad decimum successorem. Hic poterat intrare ecclesiam, quia penitus erat extincta memoria antiqui obprobrii. Ecclesia non solum manzeres sed et spurios excludit ab ordinibus, nisi alias digni inueniantur. De hoc quod prohibiti sunt predicti duo populi intrare ecclesiam, augustinus dicit, quia in decima generatione poterant intrare propter ruth moabitidem, que intrauit, de qua booz filius salmon genuit obed. Sed quia generationem ruth nescimus, ab abraham contemporaneo moab decem numeramus generationes usque ad matrimonium ruth. Quod autem additum est in prohibitione, in eternum, pro hoc quod ibidem permissum est debet exponi, scilicet nisi post decimam generationem. Vel quia dixit amonites et moabites que nomina masculini generis sunt, non dixit ammonitis et moabitis que sunt feminini generis, de uiris facta est prohibitio non de mulieribus, quia forte nec mulieres occurrerunt eis, scilicet hebreis in deserto.

Numeri .xxii. capitulo. Videns autem balach et cetera.

Infra .iiii. regum capitulo post illud.

Supra leuitici capitulo. Hic cum ...

Infra .iiii. regum capitulo. secundum cum autem exagerarent philistiim.

Addidit quoque non erit meretrix nec scortator in israel: nec erit offeres mercedem prostibuli, nec precium canis in domo domini, quia ut ait iosephus mercedem pro coitu canis uenatici uel custodis gregum non licebat offerri, quia ex hiis que de contumelia procedunt diuinitas non delectatur. Item non fenerabis pecuniam ad usuram, nec fruges, nec aliquod aliud fratri tuo, sed alieno. Sed quod dictum est de fratre, preceptum est; quod de alieno, permissio est. Sic et permissio est quod sequitur

Vel de scorto ad scortum discurrere.

c. xxviii. de libello repudii. Vir autem apud quem uxor sua non inueniebat gratiam propter aliquam feditatem, que multimode prouenit, scribebat quod numquam conueniebat cum ea, et causam propter quam displicebat mulier ei, nec conueniret, et tradebat libellum in quo scripta erant hec mulieri, ut coram sacerdotibus legerentur; et cum iurasset uerum esse quod scripserat, licebat utrique copulari alii. Quod si ad alterum ingrederetur mulier, qui tamen daret ei libellum repudii, priori uiro non licebat eam recipere, quia abhominabilem eam fecerat coram domino. Modo pro nulla feditate uxor excluditur nisi ob solam fornicationem. Neque sic quod liceat eos migrare ad secunda uota. Tamen quedam ecclesie iam de nouo induxerunt ~~de lepra~~ quia morbus serpens est et contagiosus. Item qui nuper accepit uxorem, non ducetur ad bellum, nec ei quicquam necessitatis publice iniungetur, ut uno anno letetur cum uxore sua. Potest autem intelligi annus nuptialis non usualis, decem scilicet mensium tantum, iuxta quem numerum dicitur annus luctus, quia mortuo uiro non licet uxori transire ad alium ante decem menses, quia forte concepit de primo et posset fieri dubium cui uiro ascribendus esset partus. Prohibuit quoque ne liberi ancillas ducerent uxores.

lepra.

De plagis quarum maior quadragena. x.xv.

Item si uiderit iudex reum dignum plagis, tamen prosternet eum coram se et faciet uerberari pro mensura peccati, et modus erit plagarum ita dumtaxat ut quadragenarium numerum non excedant. Sic et penitentes excommunicatos plagis cedimus secundum numerum uersuum alicuius psalmi, quem dum cedimus canimus. Iosephus dicit .xl. plagis una minus habena publica uerberandum. Liberum autem hominem turpissimum erat hanc penam sustinere.

De suscitatione seminis, et modis discalciandi.

Item Que sine liberis uiro fuit relicta, accipiet eam frater eius, et primogenitum ex ea filium fratris mortui nominabit.